

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad  
Adventum

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Nemo magis confundetur, quam qui peccat ne condundatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44846**

tunc plangent omnes tribus terra. Quia scilicet tunc videbunt quid plangant, tunc videbunt quid sit quamobrem in Iudicium a vocentur: tunc videbunt quām sit illud formidandum: tunc videbunt quām se longe à Cruce, dum viverent retraxerint, quām se longe à salute moriendo disjunxerint, tunc videbunt quām se multis ideo peccatis impicaverint, & quām se gravibus inde peccatis adixerint, quibus emergendi jam nulla pateat via.

Nonne hoc pavendum omnibus, nonne hoc plangeendum & eximo defendum pectori! Sed

siuista tunc plangent omnes, sed scilicet, sed Iu-  
tūosius! Nunc peccator, nunc fructuose Si-  
gnūm hoc Crucis spectandum esset, nunc ibi  
deploranda pietate, corrigenda præsentia,  
præcavenda futura. Nunc ibi discendum est  
quale de rebus iudicium ferri debet; quale de  
peccatis iudicium repetatur; quale de divina  
Justitia sit statutum exemplum. Quia si in vi-  
tidi ligno hæc faciunt, in arido quid fieri?

Perge ulterius, quantum cum  
gracia se pius proderet  
affactus.

*Et mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos ejus à quatuor ventis.*

*NON* est dubium quin congregentur cum E-  
lectis simul & ieiuniis, cum aperiē Dominus di-  
xit, *Omnes qui in monumentis sunt, audient  
vacem filij Dei. Et rursum: mittet filius homini  
Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala  
& eos qui faciunt iniquitatem, & mattent  
eos in camminis ignis.* Hic autem solum Electos  
memoria: quia primò & directè Dominus inten-  
dit beatificare homines, cùm hic sit finis ad  
quem creati sunt; Secundò vero & inducere  
tamen eos punire, quatenus scilicet peccaverint &  
se indignos aeterna felicitate reddiderent, unde  
*Matt. 25.* & dicer beatis. Venite benedicti Patri mei, pos-  
site paratum vobis regnum a constitutione mundi  
Reprobis autem: *Dilectio ame maledictionis  
nem aeternum qui paratus est diabolus & Angelis  
ejus, quasi diceret, qui non erat vobis para-  
tus nisi vos ei peccando destinassetis.*

Sicut autem multum accrescit Electorum  
splendor ex comparatione miserandi status re-  
proborum, sic deplorandus horum status multò  
deplorior apparebit ex illorum confusione quē  
ridentes turbabuntur timore horribili, & hor-  
rendis illis agitabuntur moribus, qui fusè tota  
capite quinto libri Sapientiae describuntur, ex  
quibus quod spectat ad confusione, at enī  
est perpendendum contra perversum illum na-  
turelē meū, quo quis facilis peccat & dif-  
ficiens peccata confitetur, ne scilicet confun-  
datur. At contraria potius,

#### VERITAS PRACTICA.

Nemo magis confundetur quam qui peccat ne  
confundatur.

RATIO est manifesta, quianemo magis confun-  
detur, quām qui extremo illo in iudicio coram  
omnibus confundetur.  
Sed qui peccat ne confundatur, is inter omnes ex-  
tremo illo in iudicio coram omnibus confundetur.  
Certa est igitur Veritas, & ejus fructuosa praxis  
dum minor quadam confusio majori metu con-  
fusionis auferetur.

AD PRIMAM PROPOSITIONEM tri-  
plex posset declarari confusio quam in extremo  
illo iudicio peccator sentier. Prima est a seipso;  
vix enim dici potest quām sit omne peccatum  
ipsi peccatori pudendum quando videtur in sua  
foditate, nec ullis excusationum integumentis  
veratur. Deus meus confundor, & erubescere va-  
refaciem meam ad te.

Secunda est ab aliis hominibus ibi tum con-  
gregatis, quibus quod latebar & quod lacere fē-  
per peccator voluerat, tum apparet, minum  
quanto pudore suffundat peccatorē, sicut scat-  
tur ex hac vita quando vel unī homini nostrum  
patet crimen. Quomodo confunditur sur quando *Iur.*  
dprehendit, sic confusi sunt domus Israhel, ipsi  
& reges eorum, principes & sacerdotes. Id est,  
qui que securiores.

Tertia est à Christo Dominō qui se coram *Marij.*  
Patre suo & Angelis ejus affirmat confusurum  
eos qui meru confessionis peccaverint! O qualis  
tum confusio! Describi debet & perpedi filius.

AD SECUNDAM PROPOSITIONEM, tri-  
plex assertus ratio cur qui peccat ac confunda-  
tur, is inter omnes extremo illo in iudicio coram  
omnibus confundetur.

Prima

Prima est, quod Scripturae potissimum dicant, id in iudicio manifestum in quod latere voleant preccatores. Revelabunt eis iniquitatem eius, & terra conserget adversus eum qui nempe in tenebris te obtegit, ut versa praecedente describitur: Qui sanctificabantur & mundos se purabant, simul consumentur dicit Dominus: Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venia ut congregem cum omnibus genitibus & linguis. Id est, ut omnibus patefaciam quod latebat. Tertia est dies Domini magnus, dies ira, dies illa, dies tribulationis & angustie, dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulae & turbinis, dies tuba & clangoris super circuitates munitas & super angulos excelsos. Quid enim per circuitates munitas exprimitur, p. Past. inquit sanctus Gregorius, nisi suspecta menies & fallaci semper defensione circumdate, quae quietes earum culpa corrumpit, Veritatis ad sejacula non admittunt? Et quid per excelsos angulos nisi duplicitas in puramentis intelligitur: Duplex quippe semper est in angulis partes. Quid per angulos partieis nisi impura corda signantur? que dum veritatis simplicitatem fugiunt, ad semper in quoddammodo duplicitatem perversitate replicantur. Et quod est deterius, apud cogitationes suas in falso prudentia ex ipsa culpa impuritatis exsolunt. Dies igitur Domini vindictae aque animadversione plena super circuitates munitas & super excelsos angulos venit, quia ita extremitati humanae corda & defensionibus contra Veritatem clausa debentur, & duplicitatis involuta dissolvit. Tunc enim munita circuitates cadunt quia mentes Deo suspecta damnantur. Tunc excelsi anguli corrunt quia corda quae seper in puritate prudentiam erigunt, per iustitiam sententiam proferuntur. Sic & Apolitus, in die cum judicabit Deus occulta hominum, quasi dicet, in illa die qua pars futurum destinata est ad occula hominum judicanda.

Secunda ratio est, quod sic videtur & quum postulare ut quae peccator elate putavii Deum, Deus illa reverentia manu testimoniis: Et sciant omnes Ecclesia, inquit, quia ego sum seruitans renes & corda, & dabo unicuique vestrum secundum operas tuas. TV fecisti absconditè: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu Solis. REVELABITVMIGNOMINA TUA, & videbitur opprobrium tuum: ultionem capiam, & non resisteret mihi homo.

Tertia denique ratio, quia sic etiam convenienter humanae prospicit fragilitas; cùm videlicet tam gravis denuntiatur consilio peccatoribus quin ne confundantur peccant liberius; habent certe quo libertatem illam coercant audientes feran o gravius confundendos quantum hic minus confundi voluerint. Timebunt & 1f. 40. confundentur, inquit Propheta, Timebunt scilicet maiorem confusionem, & confundentur si res ita postuleret, vel in humanis respectibus contemnendis, vel in profitendis religiosè virtutum omnium actibus, vel in peccatis fideliter confundendis: ne si alioquin confundi metuant, & metu confusionis peccant, magis inde confundantur, in celeberrimo illo torus universi theatro, ubi confundi quid terius? quid ignoriosius? quid ad omnem aeternitatis memoriam dedecorosius?

O quam proinde sapienter dictum de his qui timent hic confundit: Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur! Tota praxis siue totus Veritatis hujus practicas finis & effectus, his Ecclesiastici continetur sententias: Non contradicas verbo veritatis illo modo, & de Eccles. 4. mendacio ineruditiois tua confundere. Non confundar in conferti peccatum; & ne subiectis te omni homini pro peccato. Id est, ne quemquam ita timeas ut ne ab illo forte confundaris, peccata in ejus gratiam. Quo etiam referri possunt haec Veritates:

Qui nimis humana timet judicia, non iatis reveretur divina.

In 1. p. Fer. 4. Hebdom. 6. post Epiph.

Quae in malo bona est confusio; in bono mala est.

In 2. p. Fer. 6. prima Hebdom. in Quadragesima.

Humanus respectus, inhumanus Christi respectus.

In 2. parte, Sabbato Hebdom. 4. in Quadragesima.

Ab